

De sancto

Jacobus

maior ratione passionis. quia primus inter ce-
teros aplos passus est. Sic ergo dicitur ma-
ior alio ex eo quod prius vocatus est ad apostolatum. Ita
sicut dicitur maior ex eo quod prius vocatus est ad
exercitantis gloriam. **D**e sancto Jacobo aplo
apostolus filius
Jacobus apostolus filius
zebedei pater
ascensionem domini duxit per Iudaeam et Sa-
maritiam predicare: in Hispaniam tandem iuit. ut
ibi dicitur verbum domini nuntiaret. Sed dum ibi nil
se proficere videret et solus ibidem. ix. discipu-
los acquisisset: duos ex illis ex causa predicandi ibi
reliquit. et alios septem secum assumens iterum
in Iudaeam rediit. **S**icut autem Joban. beletus di-
cit quod tantum unum ibi conuerit. Cum igitur in Ju-
deam a verbum domini predicaret: magister quidam nomine
bermogenes cum phariseis discipulum suum
nomine philetum ad Jacobum misit ut ipse phi-
letus iacobum ita coram iudeis diceret quod sua
predicatio falsa esset. Sed cum aplos eum coram
omnibus rationabiliter vinceret. et multa coram
eum miracula fecisset rediit philetus ad ber-
mogenem: doctrinam Jacobi approbans et mi-
racula recitans. ac eum discipulum fieri se velle
cōtestans. ut ipse eius sibi efficeretur disci-
pulus persuades. Tunc bermogenes itaque
arte sua magica ita eum immobilem fecit ut nul-
latenus mouere se posset. **V**idebimus si
Jacobus tuus te saluat. Quod cum phile-
tus Jacobo per puerum nunciasset: misit
ad eum Jacobus sudarium suum dicens. Ac-
cipiat sudarium et dicat. Dominus erigit
elisos ipse soluit cōpeditos. Statimque ut
de sudario tactus esset solutus est a viculis
magice artis. **B**ermogenes insultauit
et ad Jacobum propereravit. Frater igitur
bermogenes demones aduocauit: precipi-
ens ut ipsum Jacobum vincant cum phile-
to ad se adducant ut de ipso se vindicet ne
de cetero discipuli eius sibi audeant taliter
insultare. Venientes autem demones ad
Jacobum in aere volutare ceperunt dicentes
Jacobe apostole miserere nostri. quia ante
tempus nostrum adueniat iam ardemus
Quibus ait. Et quid miseri venistis ad me

Qui dixerunt. Bermogenes nos misit ut
te et philetum ad ipsum duceremus. Sed
moror ut ad te venimus angelus dei nos cas-
trens igneis religauit et plurimum crucia-
uit. Quibus Jacobus Exoluit vos angelus
dei et ad ipsos redite. et eum ad me vincam ad-
ducite. sed illesum. Qui cum abissent appre-
hendentes Bermogenem manus eius a tergo
ligauerunt. et ipsum sic vincam ad Jacobum ad-
duxerunt. dicentes. Visisti nos ubi incensi
sumus et grauiter cruciam. Dixeruntque de-
mones ad Jacobum. Da nobis in eum pra-
tem: ut possimus tuas iniurias et nostra incen-
dia vindicare. Quibus ait Jacobus. Ecce
philetus ante vos est cur non eum tenetis? Cui
illi. Nos non possumus. nec formicula quae in cu-
biculo tuo est manu contingere. Dicitque Jaco-
bus ad philetum. ut bona pro malis facias. Quis
nos docuit reddam? Bermogenes te liga-
uit. in eum solve. Solutus bermogenes
confusus stetit. et Jacobus ei dixit. Uade li-
ber quocumque volueris. Non enim est discipli-
ne nostrae ut inimicis aliquis conuertatur.
Dixitque Bermogenes. Ego noui iras de-
monum nisi mihi aliquid dederis quod me-
cum habeam me occident. Cui Jacobo ba-
culum suum dedit. Ille autem perierit et o-
nes libros artis suae magice ad apostolum
cremandos adduxit. Jacobus autem ne for-
te odor incendii vexaret incautos eos in ma-
re proieci fecit. Proiectis igitur libris ad
apostolum rediit. et plantas eius tenens di-
xit. Animarum liberator accipe penitentem
quem invidentem et detrahentem actenus
sustinuisti. Cepit igitur in dei timore perfe-
ctus esse a deo ut virtutes plurime per eum
fierent. Videntes autem iudei bermogenem con-
uersum: zelo commoti iacobum adierunt. et cur
Iberum crucifixum predicaret increpauerunt
Ille vero cum eis prescripturas aduenit et pas-
sionem christi euidenter probasset: plurimi
crediderunt. Abiit bar pontifex anni illius
seditionem in populo excitauit. et misso
fune in collo apostoli Jacobi ipsum ad be-
rodem agrippam adduci fecit. Cuique iustu